

incurrere volumus ipso facto, et ad eius solutionem in casu negligentiae praedictis capitulo et fabricae nos et successores nostros astringimus et astringimus per praesentes. In quorum omnium evidentiam et fidem plenioram praesentem paginam scribi fecimus et sigillorum nostrorum videlicet Friderici ministri, Beatricis abbatissae nostri-que conventus appensione communiri. Datum et actum Misnae anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto.

Et nos Nicolaus dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus emptiones venditiones et censuum commutationes supra dictas ac omnia alia et singula de scitu et consensu nostro per praefatos .. abbatissam, conventum et alios, quorum interest, factas et facta ratas gratasque atque grata et rata habentes, ipsas ac ipsa approbamus, auctoritate quoque nostra ordinaria confirmamus et in evidens testimonium huiusmodi nostrae approbationis et confirmationis sigillum nostrum maius praesentibus dignum duximus appendendum.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Bischofs, der Aebtissin von Seuslitz, Friedrichs von Nassow und des Franciskanerklosters zu Meissen an Pergamentstreifen.

No. 373. 1395. 4. Dec.

Der Guardian Friedrich und die Minoritenbrüder zu Meissen thun kund, dass die ehrwürdigen Clara von Kaufungen und deren Tochter Anna in Seuslitz ihnen zu ihrem, ihres Gatten Tunczold und ihrer Eltern und Gönner Seelenheile in den täglich im Kloster zu haltenden sechs Messen ein Almosen überreicht haben.

Ego frater Fredericus guardianus et frater Jacobus lector ceterique fratres domus fratrum minorum in Misna omnibus et singulis, ad quos praesentes pervenerint et qui earum seriem ac tenorem audierint, cupimus fore notum, quod devotae in Christo domina Clara de Koufunge et Anna eius filia in Suselicz nostro conventui piam elemosynam pure propter deum tradiderunt et praesentaverunt, tali conditione adiecta, quod absque fraude et quolibet impedimento semoto benivole a nobis singulis diebus participationem sex missarum cottidie in nostra ecclesia celebrandarum tempore perpetuo pro propriarum suarum animarum salute nec non et pro anima mariti sui Tunczoldi et omnium parentum suorum ac suarum favorabilium vivorum et mortuorum salute. In huius rei testimonium sigillum nostri conventus huic litterae duximus concorditer appendendum. Datum Misnae anno domini M°.CCC.XCV°. in die sanctae Barbarae virginis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 374. 1401. 29. Jan.

Markgraf Wilhelm I. eignet dem Minoritenkloster zu Meissen 106 Fuder Brennholz jährlich im Friedewalde, 4 Schock Gr. Jahresrente und 50 Schock für ihre Gebäude zur monatlichen Gedächtnissfeier seiner Eltern und seiner Gemahlin Elizabeth durch Abhaltung von Seelmessen.

Wir Wilhelm von gotis gnaden marcgraffe czu Missin, lantgraffe in Doringin vnde pfalczgraffe czu Sachsen bekennen —, daz wir habin angesehenin merglichin